GRATIA BENEDICTI SALVATORIS.

IN

ALMA LEUCOREA

DISSERTATIONEM MEDICAM

DE

SPASMO CORDIS

CONTRA

NICOLAUM CHESNEAU,

CONSENSU COLLEGII MEDICI,

PRÆSIDE

VIRO

MAGNIFICO ATQUE NOBILISSIMO,

DN. CONRADO VICTORE SCHNEIDERO,

PHILOS. ET MEDICINÆ DOCTORE ET PROFESS. PUPL. AC SENIORE GRAVISSIMO, POTENTISS. ELECT. SAXONIÆ ETC. ETC. ARCHIATRO SPECTATISSIMO, FAMIGERATISSIMO,

PATRONO ATQUE HOSPITE SUO ÆTERNA OBSERVANTIA COLENDO,

D. XXXI. MARTII ANNO M. DC. LXXV.

HABEBIT PUBLICE

GOTTLIEB BECKER/

STOLP. MISNIC.

IN AUDITORIO MAJORI, HORIS CONSVETIS.

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

ANNO cIɔ Iɔc LXXIX.

SALVATORIS NOSTRI DOMINI JESU CHRISTI GRATIA CONFAVENTE.

PRÆFATIO.

SAltum non facere Naturam, ut in omnibus, *ita vel maximè in* Diſciplinis *eluceſcit pariter atq;* Artibus: Medicina *qvàm rudis olim fuerit & qvam paucarum tantum,* Vincentio Alſario à Cruce *teſte, ac principe autore* A. Seneca, *herbarum primitùs Scientia, innotuiſſe credo ſatis legenti ſcripta Medicorum: Modernô verò ſeculô qvàm polita ac clara ſit, qvem fugit? Usq; adeò jam exculta eſt, ut ſummum jam perfectionis gradum attigiſſe videatur, qvodq; deſideretur, ſic ferè nihil. Præclarè itaq; & verè dixiſſe deprehendimus olim* Alſarium à Cruce: *omnes artes rudes naſci, annorumq; curriculo & ingeniorum cultura ad amplitudinem tandem ac perfectionem excreſcere. Qvæ cùm ita ſint, ut à felicisſimo atq; fœcundisſimo hôc noſtrô ſeculô ſuperiora novis inventis ſuperentur, qvæq; priori ſeculo abſcondita fuêre ſacra Naturæ, nunc manifeſtiora fiant paulò; qvid prohibet, qvò minùs juſſu ſvaſuq;* Parentis *mei* Charisſimi *ante* Peregrinationem *meam in Medicinâ magis excolendâ ſpecimen aliqvod dem, inq;* naturam, cauſas, ſigna *pariter atq;* curationem Spaſtici motus cordis *inqvirendo, novam opinionem illam ex* Publicis Prælectionibus Nobilisſimi Dn. D. & Profeſſoris celeberrimi SCHNEIDERI, Patroni mei Maximi, *pro virili exponam, ut veritas rei, in utramq; partem diſceptando, magis magisq; eluceſcat.* DEUS ter optimus Maximus *hos ſecundet labores, hæcq; proſperet ſtudia. SIT ITAq;*

CAPUT I.

DE VOCIS EXPLICATIONE.

THESIS I.

SPaſmus undenam *natales* ducat, non eſt qvod prolixiùs agam: cùm *Radix* hujus *vocabuli σπάω* ubiqve pasſim offendatur: Germanis dicitur, ſed ſanô ſenſu, der Krampff. Qvidnam verò

ſibi

ſibi velint ὁ σπασμὸς, τὸ σπάσμα & ἀποσπάσμα, non eſt huju loci qværere, cùm & hæc jam nota ſint, & fuſiùs hac de re egeri *Nobiliſſimus Dn. Præſes, Favitor & Patronus mihi ſummus* anno ſuperiore *Prælection. Public. de Spaſmis.*

Thes. II. Dicitur *latinè* in *genere palpitatio*, qvicqvid *vibrationem* neqve minùs agitationem *partis mentitur*: qvo ſenſu *palpebrarum inſtabilitas*, qvæ noſtris das Gerch/ *palpitare* dicitur. Sun qvoq; variarum partium, ac nonnullorum viſcerum *palpitationes* ſic *lienis* ac imprimis *Jecoris Palpitationem* ſcriptis evulgarunt *Seneca, Plutarchus, Prudentius*, ac alii, qvos citatos vide sîs apu *Magnif. Dn. D. SCHNEIDERUM Libr. Catarrh. Specialiſs. p.m.232* qvibus junge sîs *palpitationem ſinus falciformis, cerebri* malè dictam vulgò, vid. idem *Nobiliſs. Dn. Præſes Libr. I. de morb. cephal. cap.12 p. m. 84.* & *Libr. Catarrh. Specialiſs. p. m. 251. & ſeqq.*

Thes. III. *Specialiter* dein *palpitatio* iis partibus competer videtur, qvæ *motu naturali* moventur, qvæq; *dilatare* ſe ac *conſtringere* poſſunt, vid. *Valeſcus de Taranta, Excellent. Dn. D. Schneider, Patronus mihi ad urnam usq; colendus Libr. Catarrh. Special. p. m. 231* Vel juxta *Barth. Caſtellum*, qvæ contra voluntatem noſtram nobi invitis attolluntur deorſumq; aguntur: ſic v. g. *cordis pulſus*, isq *naturalis* planè *palpitatio* nonnullis dicitur, vid. *B. Mœbius Fund Phyſiol. c.12.* ὁ πάνυ *Schneiderus L. Catarrh. 3. c. 1. p. m. 24.* & alii. Hinc non pauci *cordis* derivationem καρδίας ſc. ἀπὸ τοῦ κραδένεσθαι, h. e. *vibrare, palpitare* deducere ſatagunt, idem *Mœbius, Adrian. Spigelius de human. corpor. fabricâ Libr. 9. cap. 6. p. m. 349.* & rurſus alii qvos lubens hîc mitto.

Thes. IV. *Specialisſimè* dehinc ſumitur pro *motu cordis p. n* non qvidem uti volunt alii, *aucto cordis motu naturali ex Facultat cordis pulſante ſtimulatâ* atqve *incitatâ*; Sed planè aliâ & longè diverſâ *Facultate* oriente, qvæ naturaliter ſemper qvoad ſenſum qvieſcendo, partis τόνον ſervat, à re verò ſibi moleſtâ, ac p. n. incitatâ vel per ſe, vel per συμπάθειαν aliarum *Facultatum* ſurgit ad depellendas injurias, qvanqvàm interdum nihil afferat commodi Cujus de naturâ & operationibus inferiùs dicendo erimus prolixiores, oſtendentes *cordis palpitationem* verè eſſe *Spaſmum* & neutiqvam ex *Facultate Pulſificâ naturali* oriri vel *imminutâ*, vel deniq *depravatâ*, qvin potiùs ab alia *virtute animæ*.

Thes.

Thes. V. Circa *Synonymiam* brevibus notandum, *cordis palpitationem* ac *Spaſmum* ab aliis *Tremorem* ejus dici; Sed qvàm parùm aptè, patet vel ex hisce (1) qvod *tremor* ſolis partibus propriè, *Facultati Motrici Arbitrariæ* obſeqvium præſtantibus, competere dicatur, (2) qvodq; *palpitatio* ſit *motus planè p. n. tremor* verò ex dimidiâ parte *voluntarii motus* oriatur, ſicq; ex motibus verè contrariis. Vid. *Ludovicus Mercatus Libr. 2. cap. 11. p. m. 229. 230.*

Thes. VI. Nihil itaqve nos moveat varietas illorum, qvi modò per *ſaltum*, modò *cordis formidinem*, neqve minus *Subſaltionem* & *Jectigationem*: aut ſtylo Arabico *Acthalegin* ſ. *Alven*, forſitan ab Arabico *Alve* ſ. teſte *Joh. Baptiſta Montano Alva*, qvâ potisſimùm *Rhaſes*, *Gentilis Fulginas*, *Joh. Michael Savonarola* &c. utuntur, deſcendentem qvod *palpitationem* creditur ſignificare, qvâ de re fuſiùs legatur *Nobiliſs. Dn. D. Schneider*, cujus nomini & virtuti modis mille me devinctum profiteor, *tract. de Vertigin. cap. 1. cordis Spaſmum* appellare conſvevêre: Sufficiat nos ſcire hoc mali noſtris vocari das Hertzklopffen / Hertzpuchen ſ. pochen / & qvoq; Hertzpuffen / vid. *Nathanael Duez Dictionar. Gallico-Germanic. Latin. p. m. 240.*

Thes. VII. *Gallis* dicitur *le Battement du coeur* vid. *Nath. Duez* l. c. nî fallor, à verbo *Battre*, qvod *verberare* ſignificat: Hinc *Battement*, *diverberatio* illis dicitur, item *percusſio*, ein ſchlagen / ein klopffen / fortè hinc *Battaille*: Sicut & iisdem *ou la palpitation*, à *palpiter*, *palpitare* dicitur, geſchwind hin und wieder ſich bewegen und klopffen / wie das Hertz im Leibe.

CAPUT II.

PRAGMATOLOGIAM ENUCLEANDO VERUM GENUS INDAGAT.

Thes. I.

ONomatologiâ hactenus expeditâ, ipſam rem expendere conſultum duco: Remotis itaq; verborum Paraſangis in fronte ſtatim ad mentem *Magnifici Dn. Præſidis, Promotoris optimi, cordis palpitationem* ſ. *pulſum* rectiùs, ut puto, per *Spaſmum* definire habeo neceſſe, dicendo: *Spaſmus cordis eſt Spaſmus privatus & particularis, qvo cor à Facultate Naturali Conſervatrice jam irritatâ, præternaturaliter*

liter commovetur, qvæ Facultatem Motricem cordis Vitalem ſuperavit, fugavitq́ꝫ.

Thes. II. Veritatis ſtudio (ſalvo tamen ac libero cuivis judicio) ad id impulſi, non dubitamus ampliùs *Generis* loco *Spaſmum* hîc poni poſſe: qvia *motu* plus qvàm *Tyrannico cordis ſubſtantia* agitatur, usq; adeò, ut non rarò thoracis coſtas fregiſſe, Medicorum teſtimonia eloqvantur, vid. *Joh. Fernelius L. 5. de part. morb. & ſymptom. c. 12. Schenckius, Thom. Bartholinus,* aliiq́;. Qvamvis hoc non ſine causâ tentet vocare in dubium *Godofr. Mœbius* τοῦ νῦν ἐν ἁγίοις *Fundam. Phyſiol. c. 12.* aſſerendo: non ſine læſione pulmonum hoc contingere poſſe; Sed qvid obſtat, qvò minus tale qvid accidere posſit: cùm ſatis conſtet *ex effectu*, qvàm furiosè, qvàmq́; agat potenter *Vis dicta Naturalis Expultrix mali*, qvietè alias conſervans, qvam incolat partem, ac defendens ab injuriis; Sed verò jamjam agitata à re ſibi moleſta qvod portentum agat! Et licet nil amplius habeat, qvod expellat, ſemel tn. irritata, non qvieſcit facilè, qvin faſces inſtar civis ſeditioſi arripiendo, *Facultates* alias *conſenſu* infirmet, vide sîs *Eraſtum Diſp. de convulſ. §. 107.* Jam verò hisce cognitis, non immeritò ſeqventi ratiocinio inſurgere licet: *Ubicunqꝫ ſentitur motus ejusmodi inſolens ac crudelis admodùm, ibi de Spaſmi præſentiâ non levis eſt ſuſpicio:* Atqvi hic &c. Ergo. Major patet: qvia nullibi nonniſi in *Spaſmis* talis motus celebratur: Minorem *Senſus* probant & *Experientia:* Firma itaqve ex præmisſis veris non poteſt ſeqvi non concluſio. *Naturales motus* tàm violenti, tàm vehementes non poſſunt eſſe, etiamſi *præternaturaliter* immutentur.

Thes. III. Proximum ab hoc ſuppeditatur argumentum ex Philoſophicis petitum: *Cuicunqꝫ*, nimitum, *competit Definitio rei, ei qvoqꝫ competit & Definitum: Atqvi illi cordis motui tàm immani,* qvem vulgus vocat *cordis palpitationem, competit definitio Spaſmi:* Ergo &c. Majorem puto eſſe veritatis indubitatæ: Minor ex *definitione Spaſmi* illuceſcit, qvi dicitur: *motus omnium violentisſimus à Naturali Expultrice excitatâ* ortum trahens: Manet itaq; immota concluſio: *E. cordis palpitatio verè eſt Spaſmus.* Pulſus arteriarum & *cordis* à *Vi pulſificâ* præternaturaliter affectâ mutari poteſt; nam illa vel *depravatur*, vel *imminuitur*, vel *aboletur:* Hic verò *pulſus Spaſticus* eſt longè diverſus & naturâ & ſuô genere & vehementiâ.

Thes.

THES. IV. *Spaſmo* vulgus autorum tradit in *conſenſum* trahi à *Facultate Naturali Expultrice*, *Facultatem Motricem Animalem*, certè admodùm imperitè, ac contradictoriè, qvia eandem *motricem Animalem* ſimul contendit aboleri: qvia igitur aboletur, non poteſt eſſe cauſa *ſpaſmi*, ſed ſola *ſpaſmi* cauſa eſt *Vis Naturalis:* qvia fit præter voluntatem motio iſta: Diciturq; hanc *motricem Animalem* coactam obſeqvi *Naturali*, & permittere hunc motum: qvæ ſanè operis ceſſationem præſupponunt omninò: Aſſeritur deniq; *Vim Motricem Animalem* prorſus tandem *aboleri*. Argumentor itaq;: *In qvocunq; Symptomate Motrix Arbitraria ceſſat, imò eſt abolita planè, in illo ſymptomate Facultas dicta nec operari, nec adjuvare poteſt: Atqvi in Spaſmo Motrix arbitraria ab Expultrice Naturali aufertur:* E. &c.

THES. V. Nec illa, qvâ utuntur, demonſtratio irrefutabilis dicta, nos ferit: *Convulſio*, inqviunt, *eſt contractio, contractio muſculorum actio propria, muſculi ſunt inſtrumentum Facultatis non Naturalis; ſed motricis animalis:* Ergò motus muſculorum nunqvam fit citra *facultatis animalis* operam, qvæ appetitum & rationalem & ſenſitivum complectitur: His namq; haut difficile eſt reſpondere, negando ſc. *muſculos* in ſtatu qvidem p. n. unicè ſic, ac ſolùm, inſtrumentum eſſe *Facultatis Motricis Animalis*, qvin ſecundariò qvoqve eſſe *Naturalis Facultatis* ſubjectum aſſerimus. Contractio imò eſt actio ferè naturalis, qvod vel Medicorum coryphæus *Galenus* non ſemel docuiſſe videtur, cultro Anatomico ad id inductus: cui calculum jungit *Comes Montanus*, muſculorum naturam illam eſſe dictitans, ut propria ſe contrahant diſpoſitione; Id qvod & in diſciſſo exanimiq; corporis muſculo manifeſtè deprehenditur; Hic non aliter multò ac vermis, ſeu aliud animal, ſi pungitur, ſe contrahit ac qvaſi convellit: qvà convenientiâ *Galenum* ductum *Libr. de fœt. format.* muſculos animalibus comparaſſe legimus. Qvâ de re legatur *Diſſertatio de morbo comitiali Joh. Köckerti* ſub *Præſidio Nobiliſſ. Dn. D. Schneideri An. 1664.* hîc loci habita. Ceterum argumentor: *Qvæcunq; muſculorum actio abolita ac planè abſente Facultate motrice Arbitrariâ, peragitur, illa huic Facultati propria eſſe neqvit: Sed verò muſculorum contractio hunc in modum qvoq; peragitur:* Ergo. Major expers eſt probationis: Minorem firmat rerum Experientia, qvando v. g. non ſolùm in *membris Paralyticis* urget

Con-

Convulſio, vid. *Magnif. Dn. D. Præſes tract. de Paralyſi*; Sed & in *morientibus*, ubi ablatis propè cum vitâ omnibus *Facultatibus* artuum *ſpaſmi* obſervantur, ut *priapiſmo*, *vid. Marc. Donatus de hiſtor. medic. mirabil. Libr. 2. cap. 3.* & *ſuperciliorum, oculorum* qvoqve ac *naſi perverſione*, vid. *Hippocrat. Sect. 4. Aphor. 49. & Sect. 7. Aphor. 73.* ac deniqve ubi *labrum*, vel juxta *Coum* ἢν χεῖλος διαστραφῇ, pervertitur (interpretantur nonnulli) ſ. diſtorqvetur, noſtris dicitur die Todten-Krempe. Hinc eſt, qvod nonnulli iſtud membrum, neqve minus oculos in priſtinam ac decentem figuram redigere, præſertim cognati velint. Qvis itaqve contractionem dictam muſculorum *Facultati Motrici Animali* tribuit unqvam, qvin non potiùs *Facultati Naturali*. Muſculi namqve ad contradictionem, ſed non tantum, apti ſunt nati, & in mortuis fit ultimus conatus, qvi conſiſtit in contractione.

CAP. III.

PERTRACTAT SUBJECTUM.

Thesis I.

PArs *affecta* hîc loci qvænam ſit, jàm anteà dictum puto, in *genere* de *palpitatione* verba ſerens: non multum itaqve temporis impendendum eſſe cenſeo, cùm ex *Galeno comm. 2. in Libr. Hippocr. de humorib. & L. 2. de ſympt. cauſ. cap. 2. Valeſco de Taranta* &c. ac qvoqve *Libr. Catarrhor. Specialiſs. Nobiliſſimi Dn. Præſidis, Patroni mei multis nominibus colendi*, ſatis conſtet, nec *oſſa*, neqve *cartilagines palpitationis ſubjectum* eſſe; ſed *partes muſculoſas*, nec non *partes dilatandi* ac *conſtringendi vi* præditas: qvo ex numero cùm qvoqve ſit *cordis ſubſtantia*, non immeritò hîc peritioribus *ſubjectum* hujus mali dicitur & appellatur. *Hippocrates Singultum* vocat *Spaſmum Stomachi*, etiamſi *Galenus* contendat abuſivè dici, tamen idem *Hippocrates Cor*, ait, *Spaſmo* teneri. Qvin *Galenus* ait *arterias Spaſmum* pati, ut earum *pulſus* fiat *Spaſticus*? cur non *cordis pulſus* aliqvando poteſt eſſe *ſpaſticus*? *Spaſmus*, inqvit *Gvernerus Rolfinck*, eſt fatalis ad mortem, qvod in *convulſione* tandem etiam in conſenſum trahantur muſculi thoracis & præcipuè Diaphragma, ipſum etiam *cor convellatur*, ob ſocietatē nervi, qvi irritationis ſenſum ad hoc viſcus defert? Verus *Facultatū animæ conſenſus* nondū eſt perſpectus.

Th. II. *Thomas Eraſtus Spaſmo* docuit affici *cerebrum*, & hodiè rurſus *Nicol. Cheſneau*, adjicitq; muſculos conſentire & arthritide,

tide,etiam laborare cerebrum,in *Dn.D.Danielem Sennertum* invehens qvàm indignisſimè. *Sennertus*, inqvit ille, *ſolitô ſuo effugiô illum dolorem negat verum eſſe arthriticum: Qvod effugium à viro erudito alienum eſt.* Qvâ ratione crepas effugium, qvod eſt ſignatior explicatus? *Sennertus* nec te,nec tuos,ſervum pecus *Fernelii* fugiet:

— — — veniet qvocunqve vocaris.

ceu loqvitur *Maro Eclog.* 3. Tu autem non effugies hodiè. Adeò uſqve teneris. Nec unqvam effugies crimen ignorantiæ, ineptiarum, levitatis, inconſiderantiæ.

Th. III. Si qværis, qvisnam ille ſit *Nicol. Cheſneau*, ut ex ungve leonem, cognoſces eum ex pauculis hisce ſuis verbis: *nolui talentum meum in terram,defodere.* Magis Chriſtianè loqvitur qvàm latinè. *Medicus Ordinarius ſemper obfirmatus manſit, obſtructionem Renis primò extitiſſe. Ego,qvi homo ſum,plus,qvàm ſexagenarius,nunqvàm odorem moſchi ferre potui, niſi per modum prætereuntis. Num qvid,qvod homines patiantur,ut & mulieres ſimilem affectum? aqva, in qvâ malva incoxerit.Et ſexcenta alia.* Haud ſciens Latinæ Lingvæ autor eſt,ac ut ipſe præ ſe fert, Doctor eſt tantum Tyrunculorum, ac dediſcenda docendus, eſt recens veterum errorum deliramentorumq; parens.Ignorat novitia inventa & dogmata,ignorat,qvæ *Thomas Willis*, *Thomas Bartholinus*, *Marcellus Malpigius*, *Carolus Fracaſſatus*,*Gvaltherus Needham*,*Richardus Lower* & alii ſcripta reliqverunt. Vivit in erudito orbe ineruditus,moroſus,adducto ſuperciliô, ad meliora indocilis, autoritate ætatis ſolâ nitens, qvippe homo plus, qvàm ſexagenarius.

Th. IV. Fatetur eſſe ſe gravedinoſum & catarrhoſum, cerebrumq; ſuum eſſe putidius, qvàm *Perilli*, qvem memorat *Flaccus*. *A capite*, inqvit, *ſeu à cerebro fiunt Catarrhi, ut humor ad artus fluat & faciat Podagram* Hic Blennus, cujus gravat pituita cerebrum, caput non ſecernit cerebro: Capite pituitam moveri,in membranas pituitarias intimarum Narium abjici & hinc rejici aſſerimus, negamus verò eam de cerebro depelli, ex eoq; proximè dejici. *Cheſneau* caput eſt ſine cerebro ac tàm novus Promotheus, ex eo, qvod eſt arx Pallados, facit ſtabulum muci. Modò legantur *Libri Catarrhor. toto orbe celeberrimi Magnifici Dn. Præſidis* imprimis *libr.*1. & 2. Ceterùm mi *Cheſneau*, *Fernelii* ludum claude,noli ſin-

cerum vas rurſus incruſtare. Ad hæc figmenta fingis tuas, ſi Diis placet, obſervationes & falſa falſis cumulas. Tàm vacuæ veri ſunt illæ; ſunt ſine pondere, ſine fide, ſine ratione.

TH. V. Hic *Cheſneau*, qvem jam noſti, & *cor* retur & *cerebrum concuti*, urgente *ſpaſmo cordis*. Aitq;: *Sicut corde palpitante, ipſas qvoq; arterias palpitare, ſic cerebro in Epilepſiâ palpitante, muſculos ſuo modo palpitare*: ſunt meræ nugæ. *Corde palpitante*, non ſimiliter ſemper *palpitant* arteriæ. Cerebrum & muſculi cohærentnè ac conſentiuntnè, ſicut cor & arteriæ? Qvò qvid langvidius dici, qvid hebetius ſentiri, qvid delirius excogitari poteſt? Arteriæ naſcuntur de corde ac inde trahuntur, an de cerebro etiam muſculi? cerebri mollitudo & caro muſculi qvid ſimile? Cerebrum & muſculi nec naturâ, nec genere, nec ſocietate muneris, nec loci vicinitate cohærent. Qvanto Tyrunculis tuis eris ludibrio?

TH. VI. Corde *ſpaſmum* patiente, non concutitur *cerebrum* aliqvantò vehementiùs; illud namq; *nec naturaliter movetur*, nec *præternaturaliter* ut præclarè & copiosè oſtendit *Caſpar Hoffmannus*, tùm multis locis, tùm *comm. in libr. Galeni de U.P. ac libr. Animadv. in Montanum* maximè contra *Thomam Eraſtum differens*: Et *Schneiderus* locis ſuperius citatis.

TH. VII. *Spaſmus cordis* oriri aliqvando poteſt, cerebri partibus malè affectis: Illarum qvædam ſunt admodum ſenſiles: Iis itaqve indoleſcentibus, *vis Senſitiva per tactum* inibi commovetur, hinc *Vis Naturalis Conſervatrix* ibidem extans, *conſenſu Facultatum animæ* irritatur. Cùm verò eæ, qvæ ad cerebri fabricam ſpectant, partes, nullâ ratione ad motum qvendam edendum ſint idoneæ, in iis ea *vis Naturalis Conſervatrix* non poteſt ciere ſpaſmum. Eadem verò ſenſitiva *conſenſu* eandem *vim naturalem* in aliis membris incitare poteſt, qvæ operâ muſculorum moventur, aut qvæ pendula ſunt, aut cavitate exiſtunt ad motum apta. Cùm itaq; *cor* lege Naturæ moveatur jugiter, in eo per illũ *conſenſum vis Naturalis conſervatrix* adeò excitari poteſt, ut abigat *vim pulſificã* & ipſa ſuô impetu ac violentiâ agitare *cor* & contrahere aggrediatur.

TH. IIX. *Spaſmus cordis* & aliis *ſpaſmis* ut *Opiſthotono*, *ſpaſmis brachiorum*, *ſpaſmis pedum* jungi poteſt ac aſſociari. Interdum verò *Spaſmus cordis* exiſtit ſolus ac urget, ubi *vis conſervatrix* in *corde*

exi-

exiſtens, ſola nititur adeò irreqvieta. Nonnunqvam *Spaſmus cordis* ut ſignum præmonet ac annunciat *Spaſmum Univerſalem*, aut *motionem univerſalem ſpaſticam* aut *Epilepticam*. *Subjectum Spaſmi cordis eſt cor*, tanqvam privati cujusdam ſpaſmi ſedes.

Th. IX. Cumq; *cordis ſubſtantia* diverſis inter ſe partibus conflata ſit: meritò ſubit qværere, *qvænam potisſimùm hîc afficiatur?* Ubi reſpondendum brevibus: *Tota cordis ſubſtantia*; Qvamvis non ſim neſcius, nonnullos, qvia hîc *Spaſmus* dicitur à qvibusdam *cordis palpitatio*, modò nervos, à *ſexta* cerebri *conjugatione* in baſin cordis juxta venam arterioſam disſeminatos, incuſare: qvos etſi vix obſervabiles vocet *Joan. Vesling. Syntagmat. Anatom. cap.* 2. fallere eum tamen, rectius dicit *Gerardus Leon Blaſius comm. in Vesling. p.m.* 135. experientiâ & autoribus conſentientibus, ut *Fallopio*, *Vido Vidio*, *Adriano Spigelio*, aliisqve. Per hos, inqvam, præter *ſenſum*, *Motricem arbitrariam cordi* ſuppeditari ſomniat *Picolomineus* (hinc forſan alii *cordis paralyſin*, cujus autor *Herophylus*, mox *Cælius Aurelius*, & ex recentioribus *Hieronymus Mercurialis* talem memorant: qva de re vid. *Nobiliſs. Dn. Præſes tract. de Paralyſi c.* 3.) Hinc *Spaſmi ſubjectum* qvoqve extorqvent nonnulli; ſed qvàm incongruè, vel mediocri ſcientiâ Anatomicâ inſtructus norit: qvia illud nervorum corpus tantum motum ſuſtinere neqvit, muſculosq; ac reliqva membra contrahere. Vid. *Thomas Eraſtus Diſp. de convulſ.* §. 105. & *Epiſt.* 10. *p.* 33. *Rolfinck*, *Thom. Grosſius*, *Nobil. Dn. D. Schneider*, *Patronus meus æviternùm colendus*, *Præl. publ. de Spaſmis*. Accedit: nonnullos *lacertos nervis* penitùs carere, ut pronatorem radii qvadratum, vid. *Spig. L.* 4. *de hum. corp. fabr. c.* 4. *p.m.* 113. *&c.*

Th. X. Non pauci eqvidem *Galeni locum L.* 4. *c.* 3. *de Differ. Pulſ.* hîc crepant maximè, qvi nervos *ſubjectum convulſionis* conſtituit: Aſt huic nos contrarium opponimus *comm.* 5. *in Aphor. I. ſect.* 5. *&* *comm.* 7. *in Aph. III. Sect.* 7. ubi inqvit *Pergamus* ille: *Sunt igitur propriæ muſculorum affectiones convulſiones, palpitationes & tremores*: qvæ tamen non excluſis aliis, Sed incluſivè maximè intelligenda veniunt, id qvod ex ſuperiori *libr.* 4. *c.* 3. *de Pulſ. differ.* pateſcit: *convulſionem*, ait, *tremoremq; in ſolis fieri nervis eqvidem comprobo: Palpitationem verò inſidere perſpicuè etiam in muſculis cernas: clarè, autem, in carnoſis partibus, qvæ particulæ ſunt muſculorum:*

rum: Icciréò tamen non qvæcunqve pars carnoſa, aut muſculorum particula hiſce notatur; ſed qvæ potis eſt dilatari: Hinc *palpitatio* non ſolùm *Galeno* teſte, cadit in *cor*; ſed & in *ventriculum*, vid. *Julius Cæſar Claudinus Empeiric. rational. Paulus Ægineta L.* 3. *cap.*13. *veſicam* qvoqve ac *uterum*, vid. *Magnif. Dn. Præſes Libr. Catarrhor. Special. p.m.*234. *Inteſtina* deniqve, *Jecor, lienem*, immò *transverſum ſeptum Galenus comm.* 2. *in Libr. Hippocra. de humorib.* nec non *arterias* & *venas*, maximè *venam cavam*, vid. *Idem nunqvam ſine encomio memorandus Nobiliſs. Dn. D. Schneider Lib. Catarrh.*3. *cap.*1. *p.m.*20. & *Lib. Catarrh. ſpecial. pag.*231. & 232. & *ſeqq.*

TH. XI. Num porrò *fibræ*, ex qvarum omni genere *Spigelio* teſte, contexitur *cor*, & maximè *transverſæ expulſioni dicatæ* ſubjectum hujus mali dici mereantur? an deniqve membrana cordis ſubſtantiam intexens (propter ſenſum exqviſitum)? non erimus longi, contentionis ſerram reciprocantes: cùm neqve caro neqve cujuscunqve generis vaſa ad integritatem cordis faciant; Hinc *totum cor* affligi hìc *primariò* ſuprà dictitavimus: *Vis Naturalis Conſervatrix* corpore *cordis* eſt diffuſa, hinc *illud totum* agitatur; ſed incondité ac præternaturaliter.

TH. XII. Nos pedem movemus, adverſariis audentius ire contra, qvi ſeqventi demonſtratione adoriri nos nituntur: *Cor*, ajunt, *non eſt muſculus, hic eſt ſpaſmi ſubjectum, qvia motus animalis in muſculis ſe manifeſtans aboletur in convulſione:* qvicqvid ergò careret Facultate motrice arbitrariâ, & muſculus non eſt, pro *ſpaſmi ſubjecto* haberi neqvit; neqve *palpitatio cordis* dici meretur *ſpaſmus*. Hiſce reſpondendum cenſeo: *cor*, etſi *non* ſit *muſculus*, qvod qvidem voluit qvondam *Libr. de corde Hippocrates* ille *Cous*, vid. *Adr. Spigelius L.*9. *de human. corpor. fabric. cap.*7. & *Richard Lower*, pro *ſpaſmi ſubjecto* tamen commodè haberi poteſt, qvia *muſculus* qvidem, ſed *non tantùm ſpaſmi ſubjectum* eſt, & *Naturalis Conſervatrix*, vel *Magnif. Schneidero* teſte, cunctis ferè corporis partibus diſperſa: Hæc autem *ſpaſmo* p.n. movet. Summa: *qvod membrum habet vim Naturalem Conſervatricem, illud poteſt eſſe ſubjectum ſpaſmi*, dummodò illud aut muſculis, aut cavitate, aut aliâ ratione ad motionem ſit aptum. Adventante *ſpaſmo*, in omnibus membris nititur jam *Vis Conſervatrix Naturalis* adeò irritata, aſt latenter & occul-

tè in

tè in partibus ad motum qvemvis haut idoneis, haud obſcurè in *Naturalibus Vitalibusq́ membris* ad motum habilibus ac fictis, ut in *corde*, in *arteriis*, in *ſtomacho*, in *inteſtinis*, in *vaſis ſpermaticis* tàm pendulis, in *matrice* à partu tàm cavâ, tandem manifeſtisſimè in *membris muſculoſis*, qvippe qvi ſuâ fabrica ad motum ſunt ficti.

CAP. IV.

CAUSAM IMMEDIATAM PROXIMAM EXHIBET.

Thesis I.

NE, qvod *Helmontius* innuit, in remediis aberremus, errantes in cauſis: confeſtim remotis ambagibus in veram cauſam inqvirere licet. Multi de flatibus retentis ut *Valeſcus de Taranta*, *Ludovicus Mercatus*, *Hieronymus Mercurialis* &c. & alii de ſpiritu craſſo & vaporoſo cui non ſit tranſitus, uti *Galenus Libr. de tremor. & palpit.* ſomniant & delirant; qvos ut inhabiles ad tàm celerem ac Tyrannicum planè motum, concurrere immediatè negamus: ſic eos, ut remotam cauſam, admittimus facilè, qvatenus vel diſtendendo, pungendo, dolorem faciendo *Expultricem Naturalem* ſtimulant. *B. Jac. Martini, Philoſ. & Theol. magni nominis* hanc *Facultatem Naturalem* commodè in *Cent. Diſp. Phil.* vocavit *conſervatricē*, qvæ vitam & ſalutē corporis tuetur *attrahendo, digerendo, expellendo*. Dum irritatur, ut inde fiat commotior, videtur eſſe Expultrix, & ita vocatur.

Th. II. Mittimus ergò illam de flatibus prorsùs futilem ac vanam opinionem: nec longi adeò erimus in illa cauſæ expoſitione, qvæ *Facultate pulſificâ cordis ſtimulatâ ac irritatâ* nititur vanè: cùm ſatis conſtet, hanc nonniſi inordinatos ac præternaturales pulſus conſtituere, ut affectibus animi *vis pulſifica turbatur*; Nonnunqvam terrore nimiô ferè extingvitur. Qvare *Vis Naturalis* ſurgit, ac tàm violenter agitat cor: Ipſa a. adeò irritata & tumultuans ſenſim debilitatur, & *conſenſu Vitales* ac *Animales Facultates*, ut mors ſubſeqvatur. Hinc *Spaſmus* plerumq; funeſtus, exitialis, mortifer.

Th. III. Rectius ergò *fugari* dicitur planè: qvia *Vis Vitalis* ſemper, pro diverſitate graduum, *affligitur*: Et qvoqve hæc *Facultas* impar reſiſtendo huic *fortiori Naturali Facultati*, qvæ ſemper potentior in corpore exiſtit: Accedit, qvod *Facultatis Expultricis genius* ſit cujuscunqve generis moleſtias, ex annatâ corpus defendendi ſolicitudine, irruentes adoriri, undiqve veluti auxiliaribus

præſidiis convocatis, ſummô conatu ex regni ſui finibus propulſare, ſicq; priorem *Facultatem* expellere, ut qvæ impar ſit ferendo, agitando ipſamet membra, prout ſunt ad motum apta: id qvod vel maximè in reliqvo *Spaſmorum* genere eluceſcit, ubi, cùm ex officiô & amore conſervandi *Facultas mali Expultrix* operatur, tantô niſi, recedere cogitur *vis motrix Arbitraria*, & *eſſe poſt principia*, ceu alio in ſenſu loqvitur *Comicus in Eunuch. Act.4. Scen.7. v.11. Vis Naturalis Conſervatrix* eſt potentior, qvàm *animalis*, & qvidem *Galeno* autore: unde illa hanc facilè expellit. Illa *Vis Naturalis* eſt qvoqve *Facultate pulſificâ* valentior, hinc illa eadem jam irritata, hanc fugat & ſuopte impetu *cor* motat. *Vis Naturalis* qvoqve omnium novisſimè moritur.

Thes. IV. Aliam itaqve *animæ Facultatem* præter *pulſificam* hîc ſubeſſe, eamq; *Naturalem cordis Facultatem* naturaliter conſervantem corpus qviete, irritatam verò à re moleſtâ, vel per ſe, vel per conſenſum miras, tantasq; tragædias exercere, ſuſpicati ſunt jam olim rei medicæ periti, ut *Scientisſimus Galenus comm.2.in Libr. Hippocrat. de humorib. it. Libr. de tremore & palpitat.* &c. *Richardus Lower Libr. de corde, Joann. Varandæus Explication. Aphor.III. Sect.5.p.m.*769. aliiqve, qvos ob perfectum numerum tempori & chartæ parcens, omitto hîc lubens: qvi expresſis verbis *Pulſificam vim* poſtponentes, dictam modò *Naturalem vim* memorant, qvos adire licet.

Thes. V. Ne verò Autoritatibus tantùm pugnare videamur hîc, en qvoqve rationes in promptu: *Primò* qvidem, qvia *Spaſmus* dicitur *cordis palpitatio* non niſi *ſpaſmorum* cauſam ſibi vendicat: talis enim eſt effectus, qvalis cauſa. *Dein*, qvia *Ugone Senenſi* pariter ac *Ludovico Mercato* teſtibus *palpitationem ſeu ſpaſmum* præcedit *ſingultus*, & qvoqve ſeqvitur: Hunc verò à *Facultate Naturali*, ut *ſpaſmorum* causâ proximâ ſuboriri, probare videtur *Divinus Senex Sect.7. Aphor.*3. item *Aphor.*10. 17. 25. 41. ejusdem *Sectionis*: & *Aphor.*3. & 4. *Sect.*5. &c. Ubi *Singultum* differre dictitat *à Spaſmo*, non ratione cauſæ; ſed gradu ſaltem. Accedit, qvod plerumqve, imò ferè ſemper hoc in effectu *ſpaſmoſum* qvid patiantur ægri: Etenim, ut de *motibus ſpaſticis*, qvos ipſe, non ita pridem in haut inferioris ſortis puellula obſervavi, nihil dicam: prodeat in ſcenam

modò

modò vix perferendus *præcordiorum dolor*, appetente paroxyſmo: qvem, etſi qvidam ut *Spigelius Libr.9. de corp.human.fabric. cap.5.* &c. cordis proprium eſſe dictitant, nec qvoqve nos negamus; Sed verè thoracis muſculos hîc pati, indicio eſt partium vicinarum dolor thoracis, ut ne qvidem manum admitti patiantur ægri: qvid verò ſit cauſæ doloris non raró perferendi circa præcordia? exiſtimamus, cum peritis Medicorum, eſſe ſenſim factam muſculorum thoracis contractionem, *κὴ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσῃ πολέμιον, τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλὲς, Cou. Sect.2.Aph.51.* Vel qvia membrum ultra modum & naturalem terminum non contrahitur.

Thes. VI. Nos itaqve haudqvaqvàm feriunt adverſantes, muſculos ac partem muſculoſam tantùm à *Facultate Motrice Arbitrariâ* trahi ſomniantes, qvos ut plerunqve concedimus; ita vel tantùm *animali motui* ſubjectos eſſe, prorſus negamus: Qvippe cùm *Hippocrate* atqve *Galeno* teſtibus, *duplici motu* gaudeant muſculi, parteſq; muſculoſæ, *animali* altero, ac dehinc *naturali*, ſ. uti loqvitur *Johann. Baptiſt.Van Helmont. Libr .de Lithiaſ. cap.9.* uno, qvatenus eſt organum motus arbitralis, altero ſibi proprio. Similiter ferè ſentiunt *Thomas Eraſtus*, & *Excellentiſs. ac Nobilisſimus Dn.D.Schneider*, ac alii. Muſculi ſunt membra naturalia, gaudent igitur & *Facultate Naturali Conſervatrice*, qvæ contractione reſiſtit, ut vilisſima inſectorum.

Thes. VII. Non neceſſarium puto hîc qværere, *ubinam* locorum *ſe recipiat motrix Naturalis pulſifica fugata jam ab irritatâ vi Naturali?* ac *ubi ſedem habeat conſervatrix?* Cùm ex Philoſophicis ſatis conſtet *formaliter Facultates eſſe, ubi anima:* Ergò igitur, ſicuti *Facultates* radicaliter ſunt in animâ; ita non niſi in animam ſe abſcondere putantur, illatâ injuriâ. Anima eſt diffuſa corpore, ergò & hæc *vis Naturalis conſervatrix:* qvædam *Facultates naturaliter* qvoad tempus, latent, ut *ſomno vis Animadverſiva, vis auctrix* &c. nonnunqvam *præternaturaliter*, ut *vis animalis* cuncta, ut *Apoplectico malo:* qvibus de videatur *Magnificus Dn. Præſes Libris toto erudito orbe celeberrimis, ut de morbis cephalicis & de Apoplexia*, qvos adi.

Thes.

Thes. VIII. Ceterùm qvoad uſum *Facultatis Conſervatricis Naturalis:* Dicitur, *ex effectu*, partem qvam incolat, tonicè conſervare, miniſtrantibus *Facultate Attractrice*, *Concoctrice* &c. ſicq; nutriendo corpus tacitè munere ſuô fungi: qvod ſi verò nocumentum ſentit, ſurgit ad expellendas injurias, nunc citius, nunc tardius, nunc qvoq; ceſſat: agitando membra prout ſunt ad motum apta: Sicuti autem in muſculis, ingruente *Spaſmo*, *Motrix arbitraria* fugatur; Ita qvoqve *vis pulſifica*, qvæ inſtar motricis ſit, depellitur de ſuâ ſede, recipiens ſe in animam, ut *in muſculis* tùm oriatur *Spaſmus*, & in *corde Palpitatio*, qvemadmodum illud ex parte docet qvoqve *Lowerus Libr. de corde*. Hujus *naturalis conſervatricis Facultatis* ingenium & natura eſt, ubi offenditur, ſe contrahere. Contractio eſt maximè Naturalis motus, eô & viridia (vulgus vocat vegetabilia) gaudent. Flores & pandunt ſe, & conſtringunt: ſic Lychnis noctiflora, ſic *Helitropium* ita dictum *cichorium*, qvo de vid. *Matthiolus*, *Tabernæmontanus*, hinc *Schrœderus* &c. Hoc motionis genus igitur eſt *Facultati Naturali conſervatrici* innatum ac inſitum, qvippè qvod omnium facillimum ac ſimplicisſimum: ſi qvid habes, qvod reqviras, illud *Libro*, qvi inſcribitur *catholicus de Spaſmis tractatus tùm vivorum*, *tùm defunctorum*, plenius planiusq; brevi dabit *Nobilisſimus Dominus Præſes*, ac exponet.

CAPUT V.
CAUSAS MEDIATAS EXPONIT.
Thes. I.

ORdine nunc ſeqvuntur *Remotiores cauſæ mediatæ:* ex qvibus nonnulli *Diſpoſitionem & imbecillitatem cordis hæreditariam* memorant: qvam nos potiùs *diſpoſitionem ex proprietate naturæ*, & *imbecillitatem Facultatum* nominamus. Huc refero qvàm maximè *ſenſitivam vim per tactum*: Hinc *ſpiritualem Facultatum conſenſum mutuum*.

Thes. II. Qvò ſpectant & *humorum diſpoſitiones*, qvas vel potisſimùm efficiunt *ſex res non-naturales* dictæ. Sic *Aër* in *qvalitate* vel *primâ* vel *ſecundâ* peccans, hujus mali cauſa exiſtit. v. gr. nimis calidus & frigidus, vid. *Mœbius Inſtit. L.2. part. 3. cap. 4.* vel etiam vaporibus acribus & putridis refertus, vid. *Nobiliſs. Dn. D.*

Schnei-

Schneider, *Patronus meus ætatim devenerandus Libr. Catarrh. Spec. p.m.* 235. vel occultô deniqve modô agens, malignus & peſtilens. *Cibus* & *potus* vel *qvantitate* peccans vel *qvalitate*, v. gr. nimius vini meracioris potus, cibi acres, calidi ac δυσπεπτοι crebrius asſumpti. *Motus* & *qvies* vel *in exceſſu* peccantes, vel *in defectu*: Illo modo ſangvinis motus inordinatus redditur, vid. *Excellent. Dn. D. & P. P. Schneider L.* 3. *morb. cephal. cap.* 9. *p.m.* 374. Hoc verô contingit, ubi *Rectrix Sangvinis* premitur, ut ſuppetias latura huic, ſurgat *vis Naturalis*, ut inde fiat *cordis palpitatio*. *Somnus* & *vigiliæ excedentes modum*, *Cous Sect.* 2. *Aphor.* 3. & *Sect.* 7. *Aphor.* 17. *Animi affectus* imprimis *terror*, *timor*, *mœror*, vid. *Adrianus Spigelius L. c. p.* 348. qvò refer & *immoderatum gaudium* ac *iram* cane pejorem & angve. *Excreta* deniqve & *Retenta*: hæc, cùm maximè in *cauſis remotioribus p.n.* occurrant, jam non premo. Summa: omnia, unde *Facultates Animæ* offendi qveunt, ac *Sympathiâ vis naturalis conſervatrix*, *ſpaſmorum cauſa proxima*.

Thes. III. Sunt autem *Facultates animæ*, oppidô qvâm multæ, & multæ res, unde affici qveunt. Qvô è numero ſunt *Febres* ferè omnes, qvia ſangvis inde plus juſtò incaleſcit, occultam non rarò fovens cauſam, *Facultati Vitali immediatè* inimicam: refer huc qvoqve certâ ratione *venena*, vid. *laudatus modò Dn. Præſes Libr.* 3. *Catarrhor. Special. pag.* 230. *Scorbutus*, *morbus virgineus*, *fluxus menſtruorum difficilis*, ac *nimia ſangvinis profuſio* qvacunqve cauſa facta, vid. *Idem Nobiliſs. D. Schneider Libr.* 3. *Catarrh. cap.* 1. *pag.* 24. *affectio hypochondriaca*, *hydrops*, *Aſcites* & *tympanites*, *obſtructio lienis*, immò omnes morbi *cachexiam* ſeqventes. Sic qvoqve ex accidente, mediante *ſenſitivâ per tactum*, *vulnera*, maximè *cordi* inflicta, *dolores vehementes*, *vermes*, *tumores* aut *ſangvis grumoſus*, qvem pro *cauſa proxima* venditant nonnulli, *ſcirrhi cordi* vicinitate *juncti*, *Vim Naturalem ſtimulare* qveunt: de qvibus conſulantur Practici.

CAP. VI.
DIFFERENTIAS EXAMINAT.
Thesis I.

Accedo ad *differentias*, qvæ dicuntur vel *Eſſentiales*, vel *Accidentales*. Illæ ſumuntur à cauſa efficiente: ubi alia *cordis*

palpitatio eſt vel *πρωτοπαθηκὴ*, alia *δευτεροπαθηκὴ per conſenſum* ſc. *aliarum Facultatum*, ſive *Animales* ſint, ſive *Vitales*, ſeu qvoqve *Naturales*. Hûc ſpectat illa, qvæ fit *vel à primo ortu*, debilibus ſc. *potentiis Animali* & *Vitali*: *Naturali* contra *fortiore*; Vel *qvæ poſt ortum* ingruit. Nonnulli naturaliter & à primô natali die nacti ſunt *Facultatem Naturalem Conſervatricem* nimis mobilem ac irritabilem, è diverſo *Animalem* ſanè qvàm *debilem*. Inde *Spaſmus* oritur ferè *hæreditarius*: Nam ſurgens *Naturalis* tàm valida, valet expellere *Animalem motricem* tantò citiùs, tantòq; vehementiùs.

Thes. II. Accidentalis hæc promitur vel à *genere*, vel à *Subjecto*: qvorum alia nunc vel *univerſalis* dicitur, vel *particularis*. nunc *levis*, vel *gravis ſpaſmus cordis* vel *in principio*, *augmento*, *ſtatu & declinatione*, & ſic porrò.

CAPUT VII.

DOCTRINAM DE SIGNIS DIAGNOSTICIS PROPONIT.

Thesis I.

SIgna hìc ſunt vel *generalia*, vel *ſpecialia*: Illa ſunt *reſpiratio difficilis*, *pulſus celerior*, *durus*, *ſpaſticus* aliqvando: *dolor* circa *præcordia*, propter muſculos thoracis laborantes, *rubor faciei*, nunc *pallor*, pro diverſâ motione ſangvinis &c. Hæc, ceu loqvitur *Valeſcus de Taranta*, ſunt *titillatio circa membrum*, ac ſi eſſet vermis, *motus cordis inordinatus*, *inæqvalis*, ac *tyrannicus* planè, ut non rarò coſtas vel frangat vel dimoveat: hùc ſpectat illud *Chriſtophori à Vega*, & qvod habet *Foreſtus L. 17. Obſ. 1.* de juvene ex thoracis vulnere in *cordis palpitationem* incidente adeò, ut extra domum, qvâ in decubuit æger, à tranſeuntibus (potisſimùm ſi feneſtræ occluſæ aures admoverent) pulſus audiretur. *Singultus* qvoqve eſt ſignum, nam *vis naturalis* ſimul in naturalibus membris fit commotior.

Thes. II. Jungitur huic malo non ſemel *animi deliqvium viriumq́; proſtratio*: qvia *Animalis vis* ac qvoqve *vitalis* per *conſenſum* afficiuntur. Ægri tùm *vertigine* tentantur, qvâ *Vis Animalis cuncta* incipit infirmari: Ac *Syncopen* præcurrit ſæpiùs *vertigo*. Eſt conſenſus membrorum corporis, qvo alterum alterius indiget, aut alterum alterius vicinitate ſimul afficitur, extat & *con-*

ſenſus

ſenſus Facultatum animæ, qvò altera alteri ex occulto & ex longinqvo ac maximi intervalli interjectu conſentit. Nec mirum: Animæ ſubſtantia ſibi ubiqve cohæret. Signa hujus *ſpaſmi* certisſima ſunt, qvæ de *cauſa proxima*, de *irritata vi Naturali* petuntur, minùs indubitata ſunt, qvæ de *Facultate Animali* ſumuntur, qvæ conſenſu afficitur. Hinc *Spaſmum cordis* jam teſtantur *tenebræ oculis offuſæ*, *hebetudo auditus*, aut *intellectus*, & *ſingultus*, aut *ſpaſtica motio matricis*.

Thes. III. Num vel *flatus* aut *vapores*, ac qvoqve *humores* manifeſtâ & occultâ qvalitate agentes hîc ſint in causâ? nonnulli accuratè diſtingvere ſatagunt. Et qvidem *vapores* incuſant, ſi repentina fiat acceſſio à levi corporis motu orta, dolor partium ſubitò evaneſcens, aurium ſonitus, partium tremor, oculorumq; tenebræ appareant: qvod ſi verò pedetentim invaleſcat hoc mali, longius duret &c. ſigna *humoralis palpitationis* eſſe clamitant: Hæc, ut in totum non rejicimus, ita certâ ratione probamus. Deniqve maligna qvalitas ſuis ſymptomatibus cognoſcitur, qvæ hîc transſcribere ſuperſedeo.

Thes. IV. Ad extremum *tumores*, *ſcirriq́ cordis*, aut huic vicini, item *vermes* tàm *in cordis capſulâ*, qvàm *pericardio* ac *venis latitantes*; ſic & *aqva in pericardio* aucta &c. num exactè diſcerni qveant ac cognoſci, adhuc lis ſub judice eſt. Probabilem tamen, omnibus probè conſideratis antè, ac perſpectis, an aliqva corporis pars, fomitem datura, laboret? an non? hinc ſuſpicandum, vitium cordi eſſe impactum. Hactenus de Diagnoſi.

CAPUT VIII.
SIGNA EXPLANAT PROGNOSTICA.

Thes. I.

NUnc ea ſigna ſunt dicenda, inqvit *Nobilisſimus Dn. D. Schneider Libr. Catarrh. Special. pag.* 171. qvæ vel præmonent periculum, vel ſpem oſtendunt. Ubi notandum, *ratione generis qvalemcunq́* etiam *cordis palpitationem* eſſe *periculoſam*: qvia oritur à *Facultate Naturali Conſervatrice* malè affecta, qvæ inqvietat reliqvas *animæ Facultates*, unde illæ debilitantur, ſicut ipſa *Naturalis Conſervatrix* tumultu ſuo ac impetu tàm cœcô, tàm inconſultô.

 ſultô.

ſultò. Qvanqvàm is aliqvando eſt ſalutaris; nam ingruente *Apoplexiâ vis animalis aboletur*, revocatur ſæpiùs eadem accedentibus *motionibus ſpaſticis*. Aſſertione iteratâ firmatur, qvod modò fuit dictum: *Omnis Spaſmus eſt periculoſus, qvô plerìq; omnes intereunt mortales*, ceu præclarè judicat *Ballonius Libr. de convulſ.* Homo enim non moritur, niſi *Naturalis vis ſui Conſervatrix* (qvæ ſedes qvaſi & fundamentum eſt *Facultatis Vitalis* & *Animalis*:) ſit debellata & ſuperata. Multi jam mortuis ſunt ſimiles, adhuc tamen vivi, latente hac *Facultate Naturali Conſervatrice*. Hinc *Spaſmus & mortuos exercere* videtur.

Thes. II. Periculoſior tamen habetur *cordis ſpaſmus*, qvi *vehementior* eſt, & *diuturnior*, qviq; plurima juncta habet Symptomata: ac graviter reſpirationem lædit: σπασμὸν γὰρ σημαίνει τὸ πνεῦμα προσκόπτει, inqvit *Hippocrates Sect.* 4. *Aphor.* 68. Hinc malum. Accedit ille, qvi cum ſudore frigido ex fronte, velut guttæ & aqvæ ſcaturientes, de qvo vid. *Dictator Sect.* 8. *Aphor.* 4. aut partium extremarum frigore: *Hippocrates Sect.* 7. *Aphor.* 1. 26. *&* 27. ingruit. *Vitalem* namqve *vim* ſummè proſtratam indicat, ac hinc in propinqvo mortem adeſſe. Qvî lædatur *reſpiratio*, qværas ex *Fabritio Bartolettô*.

Thes. III. Neqve minus eſt periculoſa *cordis palpitatio*, qvæ ſine manifeſto Symptomate invadit miſeros: malignitatem namqve portendit, virtutisq; debilitatem, hinc non raro deſinit in *Lypothymiam* & *Syncopen*, hinc *mortem*, vid. *Hippocrates*, *Galenus Sect.* 2. *Aph.* 41. *& Libr. de loc. affect. Joann. Varandæus in Prognoſt. medic. part.* 1. *pag.* 201.

Thes. IV. Qvò refer & illam, qvæ à *cauſa venenata & malignâ* oritur: raro enim tales ægri evadunt. Omnia qvippe venena, vel extrinſecus admiſſa, vel intra corpus genita, naturæ, maximè *Vitali Facultati* immediatè & latenter inimica ſunt. Naſcitur hinc dubio procul & illud: *omnem cordis palpitationem per Idiopathiam periculoſiorem eſſe illâ, qvæ fit per Sympathiam.* Hæc tamen accipias cum grano ſalis.

Thes. V. Qvidnam ſibi velit illa, qvæ fit *à ſoluta unitate*, vel *cordis tumore*? non eſt, qvod longius qværam: Vix enim curationem ſuſcipiunt illi. Imò, qvæ *ex vulnere*, lethalis ab Artis medicæ

pe-

peritis habetur, vid. *Hippocrat. Sect.6. Aph.18.* Sicuti & ille *Spaſmus*, qvi *Elleboro ſ. purgationi* ſupervenit *Cous Sect.5. Aphor.1. & Sect.7. Aphor.25.* qvem tamen nonnulli experientia edocti non ſemper lethalem obſervârunt.

THES. VI. *Cordis Spaſmus* perſeverans aliqvando prænunciat *Spaſmum Univerſalem*, cui jungi poteſt *Lipothymia* cum ſudore frigido, *ſtupor*, *alienatio mentis*: Superveniunt interdum *motiones ſpaſticæ* ac *Epilepſiæ*, *Singultus*, *inteſtinorum ſtrophi*: Unde decipitur vulgus, mali ſedem opinans ventre inferiore contineri.

THES. VII. Curatur itaqve facilius *recens cordis ſpaſmus*, qvàm *inveteratus*: *ſimplex*, qvàm *complicatus*: qvi à *flatibus*, qvàm *humoribus*, præſertim *malignis* oritur: Itidem qvi *absq; vulnere* urget qvàm *cum eo*: In *juvenibus* deniqve, qvàm *ætate graveſcentibus*: ac qvoqve ubi natura excretiones molitur ſpontaneas, modò non fiant cum labore.

CAP. IX.

METHODUM MEDENDI INDICATIONIBUS SUIS AUXILIORUMQVE MATERIA SUFFULTAM INTRODUCIT.

THES. I.

HUcusqve pro virili pertractatâ *Pathologiâ*, ſeqvitur nunc θεραπεία: Hujus negotia cum *Aretæo* teſte *Libr.I. curat. diuturn.* maturanda ſint, innitendum ſedulò, ut tres benè propoſitos à *Galeno Libr.14. cap.13.* ſcopos βραχέως, ἀσφαλέως, καὶ ἡδέως, *citò, tutò & jucundè* aſſeqvatur *Medicus à Medendo* dictus.

THES. II. Cumq; tota curatio Methodicè ſuſcepta ſuis nitatur indicationibus, *Vitali* ſc. qvæ vires tàm præſentes, qvàm deperditas reſpicit: *Præſervatoriâ*, cauſas tàm antecedentes, qvàm continentes &c. reſpiciente: ac deniqve *Curatoriâ*: Facilè hinc illuceſcere credo, *curationem* qvoqve non eſſe unam, ſed duplicem, nim. vel *in*, vel *extra paroxiſmum*: Vid. *Attilius Bulg. L.2.* qvarum vel maximè *Vitalis* & *Curatoria* locum habet *in Paroxyſmo urgente* nimirum. Altera extra *illum non adeò urgentem*, aut ex parte ceſſantem.

THES. III. Curamus ergò hoc *ſymptoma urgens*, qvia periculum portendit, *in Paroxyſmo Cordialibus*, qvæ vires reficiunt, &

Facultates, præſertim *Animalem*, hinc *Vitalem*, abiturientes revocare apta ſunt ficta. Sic conveniunt, teſte Mercato, *odorata* fragrantem, vel alium huic convenientem ſpirantia de ſe odorem: Non qvod halitus rerum per os cunei- & cribri-forme in cerebrum ferantur immediatè, qvem putidum errorem ſat prudenter duobus in locis & *Libro de oſſe cribriforme*, & qvoqve *de Catarrhis* eliminavit, *Magnificus Dn. D. Schneiderus*, *Promotor meus perpetim bonore & amore proſeqvendus*; Sed qvod *Senſitiva vis per olfactum* excitetur in interiori *narium tunicâ*: Inde autem unâ *Facultate* rurſus motâ, reliqvæ *per conſenſum* trahuntur. Hinc *Lethargicus*, *Apoplecticus*, *Cataphoricus*, *Syncopticus* &c. ſi odorifera naribus ejus offeruntur, non ſolùm incipiunt ea percipere, & ſentire; ſed & videre & reliqvorum ſenſuum organis uti rurſus. Prius autem *externis*, qvàm *internis* ſenſibus magis uti eos, experientia docuit.

CAP. X.

MEDELAM ADMINISTRAT CHEIRURGICE.

THESIS I.

MAteriam auxiliorum, præmiſſis præmittendis, ſuggerit nobis *fons* ille *triplex* ab *Hippocrate Sect.* 8. *Aphor.* 6. delineatus, à *Cheirurgia*, *Pharmacia*, ac deniqve *Diæta* petitus. Hinc ratione *ferri* ac *ignis V. S. plethoricis* hîc in Paroxyſmo qvoqve & extra illum competit: habitâ ratione temporis, ætatis, ac virium: *Galen.* 5. *de loc. Affect.* 2. *Avicenn.* 11. *tertii tr.* 1. *cap.* 7. Vid. *Alex. Maſſarius L.* 2. *cap.* 8. *Hieron. Capivaccius Pr. L.* 2. *c.* 8. *Attil. Bulget. Ludovic. Mercat. oper. tom.* 3. *L.* 2. *cap.* 11. *p. m.* 233. & qvidem in brachio dextro hîc memorat. *Cacochymicis* non rarò conſulitur, non tamen evacuationis cauſa: ſed impetus compeſcendi *præſertim febre* urgente: Hinc ex accidente *propter refrigerationem* utilis habetur *V. Sectio*.

THES. II. Hanc verò, ubi vires non ferant *vicariæ* huic ſubſtituendæ *cucurbitulæ*, vid. fuſius hac de re *Hieron. Mercurial. Med. Pract. l.* 2. *cap.* 10. *p. m.* 233. *Hieron. Capivaccius Attilius Bulget.* & alii, vel *cum*, vel *ſine ſcarificatione*, pro diverſitate indicationis vel *evacuandi*, vel *reſuſcitandi Facultates*: qvibus junge ſîs *Hirudines*:

qvia

qvia vix commodiori viâ ſangvis tùm evacuari poteſt, monſtrante hoc non rarò ipsâ Naturâ.

Th. III. De *cauteriis* lis eſt adhuc ſub judice, certâ ratione, ſicut & *frictiones*, ac qvoqve *ligaturas*, & qvæ ſunt ejusmodi *dolorem facientia*, providè admittimus: vid. dictus modò *Mercurialis l. c. p. m.* 234. Spectare hîc videtur *Aphoriſmus* 46. *Sect.* 2. propter *Facultatem Animalem*: Qvæ omnia prudenti Medico relinqvimus, properantes ad *Pharmaciam*.

CAP. XI.

PHARMACIAM ASSUMENDORUM DISPENSAT.

Thesis I.

PEritus Medicus malum extirpaturus, non niſi *univerſalia* præmittere cogitur: qvô è genere primum ferè obtinent locum *Clyſteres*, qvi *evacuant*, *ſuſcitant*, *revellunt*: Poſſunt autem concinnari facilè, v. gr.

℞. *Radic. Althæ:*
Lilior. Albor. an. ℥ß.
Mercurial. Betæ, Branc. Urſin. an. mj.
flor. chamæm.
violar.
Borragin.
Meliſs. an. p. jß.
Semin. Aniſi,
fœniculi,
cumin. an. ʒj.
Agaric. in petia ligat. ʒjß.
Coq. ſ. q. △. *ſ. in Colatur. ad* ℥jx.
Diſſolv. *Electuar. Diaphœn.*
Diaſenæ an. ʒij.
Caſſ. pro Clyſterib. ʒiijß.
Ol. Violar. Aneth. an. ℥ß.
⊖*is comm.* ʒß.
M. F. l. a. *Enema* tepidè injiciendum.

Vel;

Vel:

℞. *Decoct. flor. & fruct. cum emol* (vel *Decocti Emollientis*) ℥viij.
Diſſolv. *Electuar. Diaturb. c. Rhabarb.* ʒjß.
Diacatholic. ʒj.
Ol. Lilior. albor.
chamæmel. an. ʒiijß.
⊖*is comm.* ʒj.
M. F. *Clyſma* ſveto more applicand.

Hæc & ejusmodi alia *durante Paroxyſmo* adhibentur commodè; Hinc, niſi *ſymptoma urgeat* viresq; proſternantur, tutiori viâ, maximè ubi æger hæc, (qvô pudore ductus, neſcio,) abhorreat, incedit Medicus *leniter evacuantia* præmittens. *Hoc enim*, inqvit MERCATUS, *unum habet bujusmodi affectio peculiare, qvod maximum ſuſceptet levamen ex clyſterium*, PURGANTIUM *& reſolventium uſu. Qvapropter omni diligentiâ curandum eſt, flatuum materiam minuere, diſtrahere, & ad inteſtina clyſteribus divertere.* Itaqve

℞. *Radic. Eryng.* ʒjß.
Polypod. qvern. ʒijß.
fol. Senæ s. ſ. ʒiij.
Rhabarb. Elect. ʒj.
Semin. Aniſ.
fœnicul. an. ʒß.
Spicæ gr. vj.

Infund. ſ. q. ▽. *Borragin. per noct. manè ebull. leviter: Colatur. ad* ℥ij. *adde Electuarii Roſat. Meſuæ* ʒj. *Iterum colet: Adde Sirup. de Chialap. Magnific. Dn. D. Schneideri* (*vel Sirup. de floribus Perſic. vel de cichor. c. Rhabarb.*) ʒiij. M. S. Laxier-Tranck auf einmahl.

Vel etiam

℞. *Mechoacan. alb.* ʒj.
Rhabarb. elect. ʒjß.
fol. Sen. ſ. ſ. ʒiij.
Meliſs. Menth. an. mß.
flor. borragin. Bugloſſ. an. pj.
Semin. Aniſ. ʒjß.

Infund.

Infund. ſ. q. ▽. *Cichor. ſtent per noct. leviter ebulliant.* Colaturæ
℞. ℥ij. *adde Electuarii Diacartham.* ʒjß. *Iterum coletur adde*
Syrup. violarum c. Rhabarbar.
(vel *roſarum, violarumq́ ſolutiv. &c.*)
de pom. Reg. Sabor. an. ℥ij.
M. S. Lindtränckein auf einmahl.

Vel mutatâ formâ pro ægri lubitu Medicus πολυφάρμακος componat medicamenta hunc in modum:

℞. *Pulver. Polychreſt.* (vel *Nobiliſſimi Dn. D. Schneider.* vel *alterius*, vel etiam illius *vegetabil. laxativ.*) *gr.* vj.
Gialap. gr. v.
♀*i* ⊕*lat. gr.* viij.
Sirup. roſar. ſolutiv. ℥jß.
fol. Senæ ℥ij.
Aq. Borrag. ℥v.
M. S. Säfftlein auf einmahl.

Neqve minus erit ex uſu ſeqvens & alter:

℞. *Pulv. vegetabil. laxativ. gr.* v.
Cryſtallor. ♀*i gr.* ix.
Diagryd. gr. iiij.
Ol. cinamom. gutt. iij.
M. S. Zimmetpurgier-Pulver auf einmahl.

℞. *Pulp. folior. ſenæ præparat. gr.* xj.
Rhabarbar. Elect. ℈ß.
Scammon. ♁*at. gr.* iij.
Ol. macis gutt. ij.
M. S. Laxier-Pulver auf einmahl.

Hinc qvoqve *pilulæ* à *parvâ pilâ* dictæ haut involvantur ſilentio, qvas pro cauſarum varietate, ex qvavis aptâ materiâ componet Medicus facilè: v. g. Pilulæ maſtichinæ, de Rhabarbar. cum modico Agaric. Alephanginæ, & aggregativæ, vid. *Ludovicus Mercatus l. c. p. m.* 233. qvi & pilulas ex terebinthin. abietis cum pulvere hieræ ſimplic. conficit.

℞. *Extract. Panchymag. gr.* ix.
Reſinæ Jalap. gr. vj.

M. F. cum ſ. q. Tincturæ ⊖is 🜿ri pilulæ inauratæ num. xv. ſ. Pillen auf einmahl. Et ſic porrò. Proſtat namqve medicamentorum Sylva apud Practicos, qvos adi; ſuntq; utplurimum ex *Cremore 🜿i, Cryſtall. 🜿i,* & qvoqve *🜿o ⊕lato*; additis *Diagryd. Gumm. Gotte, Hellebor. nigro; Radic. Jalap. Rhabarb. Mecchoacan. alb. Agarico, Turbith. Manna elect. Cortic. myrobalan. Indor. Epithym. Spec. Diaturbith. c. Rhabarb. Spec. Diacartham. Specieb. diagalab. Mynſicht. Extract. Catholic. Andernac. Extract. Aloëtic. Rhabarb.* &c. qvæ in formâ convenienti pasſim uſurpari qveunt; non ſine emolumento, additis non rarò iis, qvæ indicationi ſatisfaciunt magis.

Thes. II. Hinc qvæ *ſudorem movent*, & plerumqve ſunt *cordialia temperata*, haut poſtponenda veniunt: qvia hisce humor vitioſus cum vehiculo ſeri, flatuum qvoqve causâ, à centro ad peripheriam per arterias capillares cutis defertur, qvibus junge sîs *temperata Bezoardica*: qvæ & lapſas vires reſtaurare perhibentur; v. g. *Bezoar lap. oriental. Os de corde cervi, Unicornu foſſil. CC. philoſoph. cum ▽. Scord. præparat.* vid. *Schœnb. manual. pract. p. m.* 106. *Bolus Armen. radix Scorzoner. contrayerv. ſcordium, Camphora, margarit. fragment. lapid. pretioſor.* & ex his ſimilibusq; arte chymicâ confecta vel *Magiſteria, ⊖ia, Spirit. Tincturæ, Eſſentiæ*, v. g. *MAGIST. ſ. ESSENTIÆ Ligni Aloës, citri, Margarit. cinamomi*, qvibus jungunt alii *Eſſent. lapid. Bezoar*, qvâ de adhuc lis ſub judice. *TINCTURÆ Corallor. Ligni Saſſafr. roſar. Bezoard. D. Michael. contra Malignitatem Nobiliſs. Dn. D. Schneid. qvæ Libr. Catarrh.* 5. *cap.* I. habetur: it. *Tinctur. theriacal.* & *ſudorifer. Zwelferi* &c. *EXTRACT. Angelic. cortic. citri, carduibened. Meliſſ. Zedoariæ, Tormentill.* it. *SPIRIT. Baccar. Juniper. ceraſor. Sambuc. Lign. Saſſafras. MIST. SIMPLEX.* & ſ. p. Summa: *▽æ omnes theriacales* & *Sudoriferæ*, it. *⊖ia volatilia C. C. Carduibened.* &c. *Elixir. vitæ Matthiol. Q. Eſſ. Ambræ*, & qvæ ſunt ejusmodi alia, legitimo tempore ac modo propinata valdè utilia.

Thes. III. Huc ſpectant *Aqvæ* v. g. *Vitæ alb. Cordial. cinamom. virtutum, Meliſſ. Carduibened. flor. citri, trifol.* vid. *Lud. Mercatus L.* 2. *cap.* II. *Oper. Tom.* 3. *p. m.* 233. *Calend. Scordii, carfunc.*

Aq.

Aq. vit. mulier. flor. borrag. tunic. bugloſſæ, Scorzoner. compoſ. Cordial. Saxon. tophorum Hirſchkolben Waſſer. *flor. Aurantior. Salv. lavendul. flor. tiliæ, cardamom. cubebar.* &c. Ut & *CONSERVÆ* v. g. *Borragin. Bugloſſ. Meliſſ. flor. aurantior. flor. citri, roſar. rubrar. Anthos, Violarum*, vid. *Mercatus l. c. p. m.* 234. neq; minus *CONDITA*, ſic: *cortic. citri cond. flor. citri conditi, Nux moſch. in India cond. Rad. condit. Scorzoner. Zingib. condit. radic. belen. SPIRITUS* qvoq; *CHYMICE* præparati, qvos ad unum omnes nominatim hîc appellare nimis foret longum; vid. Practici: nos è numerô horum *formulas* aliqvot concinnare conſtituimus. v. g.

℞. ▽. *ſudorifer. D. Schneider. vel alterius, vel etiam theriacalis.*
C. C. novellorum.
Carbuncul. an. ℥ß.
Scorzoner.
Scabioſæ an. ℥jß.
Galredæ C. C. ʒiij.
Confect. Al-Chermes.
Tincturæ Bezoard. an. ʒj.
Sirup. de corticibus Citri c. M. & A. q. ſ.
M. S. Hertzſtärckendes Waſſer des Tages öffters zu gebrauchen einen ſtarcken Löffel voll auf einmahl.

Vel:

℞. *Specier. cordial. temperat.*
lætific. Galen.
lætit. Rhaſes. an. ʒjß.
Affund. Decoct. Hord. c. Radic. Scorzoner. & C. C. ℔j. *Spirit.* ⊖*li* ℈j. *vel q. ſ. Stent in loco tepido & colentur, adjecto Cand. Sacchar. q. ſ.* M. S. Stärck-Tranck.

℞. ▽. *flor. citri, Naphæ,*
Meliſs. an. ʒiij.
Carduibened. ʒjß.
Spirit. ceraſor. nigror. ʒß.
Eſſent. Ambr. ℈ß.
Confect. Al-Chermes ʒj.
Syr. cinamom. q. ſ. M. S. Stärckwaſſer auf einmahl.

Vel:

℞. ∇. *Cinamom.* ℥ij.
flor. borrag.
Aurantior. an. ℥jß.
Confect. Al-Cherm. ʒj.
Eſſent. citri g. xvj.
Aq. Carfuncul.
Meliſſ. an. ℥ß.
Sirup. Acetoſitat. Citr.
de Berber. an. ℥ij.
M. S. Wäſſerlein auf einmahl.

℞. *Spirit. menth. ceraſor. an.* ʒß.
Roſar. ʒj.
Tincturæ corallor. ʒij.
M. S. Stärck-Tinctur 20. Tropffen auf einmahl.

Aliud:

℞. *Tincturæ contra malignitat. Magnific. Dn. D. Schneider.* ʒj.
Eſſent. Theriacal. ʒß.
M. S. Schwitz-Tinctur.

Thes. IV. Huc poſſem referre *aqvas* ex *cordibus animalium* perperam *deſtillatas*; Sed verò, qvia ab *Excellentisſimis Medicis* virtutis parum ipſis tribuitur: nec nos illas commendamus. Si animal benè potum jugulatur, & ex ejus corde exemtô fit deſtillatio, plus aqvæ colligitur, qvæ tantarum virium eſſe neqvit. Nec *cordis carnem* tanti facit *Galenus*, nec ei occultam vim ſalutarem asſignat, qvippe qvùm ex materiâ craſsâ, muſculosâ ac fibrosâ nil qvicqvam virium elici posſit. Ergò prorſus vana habetur dicta medicina, vid. *Nobiliſs. Dn. Præſes tract. de vertig. cap. XI. p. m.* 197. Iccircò cum his ſimul ſumptuoſas magis qvàm fructuoſas mitto *deſtillatas ex margaritis, corallis, lapidibus,* & *aurô* &c. *aqvas*: qvarum vis per Retortam nullo modo deſcendere videtur: Qvô è genere eſt *Aqva aurea* apud *Dom. Ortolphum Maroldum*, qvæ ſic ſe habet:

℞. *Sal-*

℞. *Salviæ* ℥ij, *lavendul.* ℥vj. *Roriſmarin.* ℥iiij. *flor. Anthos* ℥ij, *Majoran.* ℥ij. *&c. auri puriſſim. Ducatos* xv. *vel* xx. *Vini optimi menſ.* ij.

F. Deſtill.

Qvanqvam ipſe in hanc medicinam rurſus illudit, *Cordialia*, inqviens, *ſunt os de Corde cervi, Cor, Unicornu, Ebur, Aurum, præſertim in burſa & copioſum.*

Thes. V. Simili ratione inſtructus, ferè *poſtponendas*, ſi non *rejiciendas* planè puto *aqvas*, ab effectu ſic dictas *Vitæ*, ex *caponibus annoſis, perdicibus* aut *Phaſianis*, admixtis aliis medicamentorum ſpeciebus, ut & cardiacis, *deſtillatas*: qvia experientia falſum eſſe teſtatur, qvicqvam virtutis ignis calore elevari: etiamſi ſit fortis calor; Sed qvicqvid dictô modô elevetur, ob carnem, maximâ ex parte vapores aqveos eſſe, ſentiunt peritiores. Hæc itaqve, qvia putreſcit facilè ac nubeculam contrahit, qvam Germani die Mutter vocant, id propter non tanti qvoqve pendit *Johannes Gallego de la Serna, de virtute Aqv. ceraſor. nigr.* verba faciens.

Thes. VI. Ad extremum qveunt pro *cauſarum varietate* & *morborum diſpoſitione* componi diverſimodè medicamenta, ex ſpeciebus unicuiq; aptis: Haud neglectis tamen cordialibus, qvæ tutò ſemper admiſcentur: Sic curam ſuſcipit aliam *cordis Spaſmus* ab *affectibus animi* ortus, compeſcendo tales motus. Aliâ ratione curantur *inflammationes, obſtructiones, ſcirrhi* ac tumores: *Per V. S.* nimirum *alterantia*, *aperientia* ac qvoqve *emollientia* &c. Rurſus aliter *Cachexia* & *Scorbutus*, ubi humores peculiariter corrupti, ſuis qvoq; medicinis; præmiſſis aliis corriguntur: qvarum potiſſimæ ſunt *chalybs præparatus, cochlear: Beccab. Naſturt. aqvatic. Trifolium Fibrinum*, & ex his ſimilibusq; parata chymica. Summa: *Unusqvisq; morbus extra paroxyſmum legaliter curandus.* Judiciô Medici multa ſunt committenda, qvorum ratio ſingulariter habenda.

Thes. VII. *Præſervationis gratia*, ceteris paribus, non niſi *corroborantia* commendanda cenſemus: Ne verò nimiùm vexetur æger aſſumendorum farragine, præſcribantur talia, qvæ pro lubitu parvâ doſi aſſumat æger v. g. in *formâ Electuariorum, Eſſentiarum* ac *Tincturarum*. Sic illo modo præter *Electuarium contra malignitatem Magnif. Dn. D. Schneideri L. 5. cap. 1. Catarrh.* deſcriptum proſunt ſeqq. v. g.

℞. *Con-*

℞. *Conſervæ flor. borragin.*
Aurantior.
Anthos an. ʒiij.
Tunicæ, Meliſſ. an. ʒij.
Coricor. Citri conditor.
Radic. Scorzoner. condit. an. ʒjß.
Nucis moſchat. in Indiâ condit. ʒj.
Specier. cordial. temperat.
Diamoſchi dulcis an. ʒß.
Confect. Al-chermes ℈ij.
de Hyacintho ʒj.
Lapid. Bezoar. oriental. gr. xiij.
Ambr. gryſeæ gr. iij.
Moſchi gr. ij.
Ol. Roſar. gutt. vj.
Cinamom. gutt. iiij.
M. cum ſ. q. Sirup. de bugloſſ. & corticib. citri c. M. & A. F. l. a. Electuarium. S. Stärckende Lattwerge jedesmahl eine Meſſerſpitz darvon zu nehmen.

℞. *Conſerv. radic. bugloſſ.*
Scorzoner. an. ℥j.
Raſur. Eboris. ʒij.
Margaritar. ʒj.
Specier. cordial. temperatarum ʒij.
Diamargarit. frig.
Fragm. lapid. pretioſ. an. ℈j.
Boli Armen.
Terræ ſigillat. an. ʒß.
Lapid. Bezoar. ℈j.
Cum Sirup. acetoſitat. citr.
M. F. Electuarium.

Thes. VIII. Huc ſpectant qvoqve rurſus uſitatiora vulgò ſic *Eclegma Alexipharmac. contra malignitatem, Confect. Alchermes, Electuar. corroborans, Specific. Crollii, Cordiale Nucum* &c. Nec non *Elixiria* v. gr. *Elixir. citri, Vitæ Matthioli, Syncopticum* &c. *Eſſent. florum*, vid. *Rolfinck. flor. calendul. lilior. convall. flor. croc. Baccar. Sambuc*

buc.Tormentill. Scorton. & qvæ ſunt ejusmodi aliæ, v. g. *Tincturæ, flor. borragin. & bugloſſ. flor. calendul. roſar. flor. compoſ. & baccar. Juniperi*, it. *compoſit. alexipharmac.* & ſic porrò: Qvæ exercitatô medicinæ occurrunt non difficile.

Thes. IX. Mitto hæc, ad *topica* deſcendens ultimò, qvæ non tàm *corroborationis* ergò, qvàm *ſpaſmi thoracis* qvoqve neceſſaria putantur, poſſuntq; confici formâ vel *Epithematum*, vel *ſacculorum*, vel *linimentorum* &c. variis ex ſpeciebus, v. gr. *FOLIIS Meliſſ. roris mar. ſtæchad. Arabic. Scordii, Spicæ, Aneth. lauri, Betonic. Rutæ, Salviæ, calaminth. chamæmel. melilot. oculor. popul. FLORIBUS liliorum convall. aneth. lavendul. tunic. roſar. rubrar. borragin. violar. bugloſſ. Salviæ, citri, liliorum albor. chamæmel. noſtrat. Sambuc. melilot. SEMINIBUS Majoran. Aurantior. Aniſi, Cardui-bened. fœnic. Apii, Anethi, cumini, rutæ, carvi: BACCIS Juniperi, lauri: LIGNIS Xylialoës, Santal. citrin. AROMATIBUS* deniq; &c. ex qvibus proſtant vel *Aqvæ* ſuperius nominatæ, *ſucci, olea*, per *deſtillationem* & *expresſionem* facta: *Ungventa*, *Emplaſtra* ac *Cataplaſmata*: It. odoramenta, qvæ cuncta hîc in formulas redigere chartæ temporisq; anguſtia prohibet, qvò minus posſim exeqvi ea, qvæ promiſi: ſufficiant in præſens hæc:

℞. *Ol. Nucis moſchat. expreſſ.* ℥ij.
Balſam Peruv. ʒß.
Ol. macis, menth. cinamom. an. gutt. iij.
Anthos, Caryoph. an. gutt. ij.
Balſam. roſar. ex Lign. Rhod. ʒj.
Confect. Al. Chermes ʒß.
M. S. Bruſt-Balſam.

Vel: ℞. *Ungvent. Roſat. Meſuæ* ℥iij.
alb. camphorat. ʒj.
Pulveris caryoph.
Specier. aromatic. roſat. an. ℈j.
Ol. Lilior. albor. ʒß.
Macis deſtill.
Menth. an. gutt. vij.
Moſch. gr. iij.
M. F. additâ ſ. q. ceræ albæ, liniment.
S. Bruſt-Salbe.

Thes.

Thes. X. Si Paroxyſmus *Spaſmi cordialis*, ac unà *pervigilium* urget, & ſubinde inſtat, deſcendimus tandem ad *Opiata Medicamenta*, *cordialibus mixta*. *Opium* ſedat omnes excretiones & *functiones incitatiores*, ut *Animales*, *Vitales* & *Naturales*, etiamſi id Sudoriferis adjectum non inhibeat ſudorem. Eum illud ſiqvidem per ſe & ſuâ virtute ſingulari ac propriâ non adeò movet ſudorem. Si vis *Motrix Sangvinis* jam commotior, ſangvinem copioſius profluere patitur, illius Motricis impetus autem uſu *Opii* compeſcitur, cur non in corde *Vis Naturalis Conſervatrix* adeò usqve commota? Prodeſt igitur dare *Laudanum opiatum Crollii*: Ejus *deſcriptio* eſt nota, ac qvoq; *Doſis*. Siq; *Opium* ſalutariter datur reliqvis *Spaſmis* invadentibus, cur non urgente *Spaſmo Cordis*?

CAP. XII.

DIÆTAM IMPONIT, SPECIMINIQVE HUIC COLOPHONEM IMPONIT.

Thes. I.

BRevitati litaturus: *Diætam* Medici imperant talem, qvæ in *Rebus Sex non-naturalibus* medium non excedat: conveniunt itaq; *Aër* purus vel per ſe vel arte factus, tetris carens inqvinamentis: Svaveolens qvoq; *Cibi* ſint εὐπεπτοι, (qvalis eſt avium, vitulorum & capreolorum caro, plerumq; teſte Mercato, aſſa & nonnunqvam elixa; ſed aromatibus & herbis ſeminibusq; bonum conciliantibus odorem præparata, (non flatulenti, craſſi, calidi ac nimis acres: *Vini potus* ſit moderatus, ne ſuffocentur vires; ſed revocentur. *Vigiliis* nullo modo indulgendum, qvin potius conciliandus *Somnus*, qvibuscunq; fieri poteſt modis. *Animus* lætitiâ, dulciq; gaudiô modicè reficiendus; *Vitentur ira*, *terror*, *mœror* &c. *Alvus* non ſit ſegnis; ſed ſemper leni medicamento ſervetur *aperta*: *Balnea* ut & *frictiones* adhibere proderit non raro, ne pori cutis occludantur: In ceteris, ſicut & *motu* & *qviete*, aurea ſervetur mediocritas: καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ Φύσῃ πολέμιον ἐστι, ceu loqvitur *Divinus ille Senex Sect*.2. *Aphor*.51.

qvo ipſo termino

DEO SIT LAUS, HONOR, GLORIA & GRATIARUM ACTIO

In Sempiterna Seculorum Secula.

(o)